

Cax. 12021

MARTINI  
AZPILCVETAE  
DOCTORIS NAVARRI,  
IVRISCONSULTORVM NOSTRAE

AETATIS CLARISSIMI ET PERSPICACISSIMI  
sacrosanctaeque sacrorum Canonum, & Viri quoque Iuris  
& facti quaestionum interpretis  
OPERA

IN TRES TOMOS DIGESTA.

QUAE PARTIM AB IPSO, QVAM ADHVC VIVERET, SAEPVS  
edita & recognita, partim eo iam mortuo MS. reperta, vel ab ipso vulgari sermone  
conscripta, Latinitate à viris doctis donata, nunc primò prodierunt, quibus  
etiam aliqua speciosa scholia sunt adiuncta, & minùlla etiam  
ornamenta addita, de quibus Epistola ad  
lectorem consulenda est.

TOMVS PRIMVS.

QUI PRIMUM COMMENTARIA IN CERTA QVORUMDAM  
DECRETIS capitula, & integras septem de Penitentia distinctiones continet, quorum Catalogum post  
vires auctoris à Simone Magno Hambro scriptas, & nullam, videtur potera.  
PRÆTEREA SVNT QVORVM INDICES, QVORVM PRIMUM QVÆSTIONVM  
vel Theologicarum, vel Iuris seu facti, qui in uno cuiusque Tomi habentur: Secundus locorum S. Scripturae, qui  
et plerumq; interpretacionem suam her adiunctam. Tertius Iuris Canonici capitula, quae nonne  
sunt, cum nonne facti declarantur. Quartus est Iuris civilis, qui leges ex eo explicantur  
refert. Quintus est Verborum de Rebus eorum copiosissimus, qui  
D. NAVARRI opes literariorum ob oculis habentur.



LUGDVNI  
SVMP TIBVS IOANNIS BAPTISTAE BVYSSON.

M. D. XCV.

*De Impian ordones*



1051.22

APPELLATIONE  
DOCTORIS NAUARRI

Insignis forma, doctrina insignior vnus:  
At superat summi cultus utrumque Dei.



Anno Domini M. D. LXXV.      Aetatis LXXXII.

Corporis effigies hac est veneranda Nauarri,  
Mentis at ipsius dant monumenta fidem.

Aliud.

Corporis effigiem potuit licet ipsa Nauarri,  
Mentem non valuit pingere docta manus.  
At quam non potuit pictor depingere nobis  
Ad vnum Auctoris grandia scripta dabunt.



# ILLVSTRISSIMO ET REVERENDISSIMO ANTI-

STITI, D. PETRO DE VILLARS

VIENNAE ARCHIEPISCOPO, ET COMITI,

& Primati Primatum, Ioannes Baptista Buyslon

Lugdunensis Bibliopola, S.



**N**O N ignoras, Reuerendissime Antistes, & Illustrissime Pri-  
matum Primas, sapientissimos illos viros, qui aliquas olim ci-  
uitates, aut imperia sua industria, & prudentia à principio con-  
stituerunt, vel iam constituta, rectè moderari, & longe lateque  
propagare voluerunt, in eo in primis curam omnem, studiumque  
suum posuisse, vt non solum viribus corporis, armisque se  
suisque omnia ab hostibus tutarentur, vel vicinas, & finitimas  
gentes, quibus ipsi imperitare cupiebant, adorirentur, sed  
vt etiam sapientia, consilioque suos ciues, & populares in officio conuincerent, & alios  
etiam, quos vi subigere non poterant, ingenij artibus, aut alia ratione perdomarent.  
Nolo esse in re peruulgata, & omnium gentium litteris, & monumentis consignata  
longus, domesticis exemplis contentus ero. Quis adeo est antiquitatis ruder, qui non in-  
gerit, vel audiuerit maiores illos nostros Celtas veteres, quorum fortitudinem, & animi  
magnitudinem Philosophus admiratur, & qui adeo armis excelluerunt, vt in ipsa  
media vrbe Roma victoria aliquando sua trophaea erexerint, & in Graecia, Asiaque  
permultas regiones, & Prouincias subegerint, domi, & priuatis in suis urbibus,  
Druidum, sapientissimorum scilicet virorum concilia, & caeteris habuisse, à quibus ipsi  
non modo de animorum immortalitate, & religione, caeremonisque, & caeteris alijs ad  
pietatem, morisque spectantibus erudiebantur, sed etiam eorum legibus, & instituta  
rempub. ipsi suam, & ciuitates soliti erant temperare. Ex quo profecto, siquid correctura  
ex alijs veterum historijs licet assequi, haud vanè, vt puto, colligere possumus euenisse,  
vt qui in veteribus Graecorum, Romanorum, Carthaginensium, & caeterorum popu-  
lorum Annalibus legimus, sapius inter ipsos vnus ciuitatis, vel prouincia incolae, se-  
ditiones excitatas, & bella commota ciuilia: Gallos tamen veteres inter se concurrisse,  
& sua fortissima arma in sua viscera conuertisse, nullis, quod sciamus, veterum monu-  
mentis traditum audiuius. Quod illi etiam testatum esse posteris hoc eleganti emble-  
mate voluerunt, dum Herculem suum, non aliarum nationum instar efformatum in  
templis, arisque suis collocabant, sed catenulis quibusdam ex eius ore emanantibus, &  
ad perforatas multitudinis auras alligatis, eum ingentem populorum vim ad se trahentem  
proponerant: quo, vt equidem sentio, significabant, consensum illum, qui inter ipsos  
maximè vigeat, concordiamque mutuam, non aliam ad causam esse referendam,  
quam quod ipsi prudentum maximè virotum consilio, & eloquentia regi se paterentur.



BENEVOLO LECTORI  
D. NAVARRI STUDIOSO.  
IOANNES BAPTISTA BVISSON  
BIBLIOPOLA S.



**H**N tibi, Benevole lector, teum, quem tantopere desideras, MARTINUM AZPILICUEZAM DOCTOREM NAVARRVM, nostra opera de nouo sub inuicem missum, & si aliquid ex fabulis depromere licet, tamquam A sonem alterum, non veneticis quidem incantationibus, sed multorum laborum, & vigiliarum succo inuencientem, & non solum characterum venustate, & elegantia perpolitum, sed multis alijs tamquam emblematis exornatum, atque decoratum. Vix profecto dies potest, quot mihi sumptus faciendi, quotque labores exanthlandi fuerint, vt in tanta temporum iactatione, tantisque fortunarum mearum procellis, hæc nostra nauis cursum suum teneret, & ad optatum portum deueniret. Sed nil desperandum, non, vt ille ait, *Trucis, sed potius Christo duce* & *auspice Christo*, mihi, que reperitur adeo laboriosum & difficile, quod *virtute duce, fortunæque comite* vt habet M. T. non adipiscamur, adeo verum est, quod alibi ait Horatius *Nil mortalibus arduum*. In quibus autem Religiosis cuiusdam viri, cuius in hoc opere laboribus sumus vsi, enituit industria, hæc ferè sunt omnia. Dedit ille in primis operam, vt integer D. NAVARRVS citationibus ad marginem reductis prodiret in publicum, qui in altera editione hæc comoditate in primo, & secundo tomo caruerat. Quamuis autem D. NAVARRVS cupiens fortè, ab eo labore non exiguo typographos liberare, Manuale Latinum, & alia quamplurima sua scripta ita ediderit, vt loca, quæ citantur, in textum includeret, tamen Hispanum Manuale, quod si non prototypum illud Auctoris fuit, ad illius tamen exemplar Antuerpiæ excusum habemus, citata loca ad marginem habuit, & quæ Romæ ab ipso Auctore edita fuerunt, Enebiridion de oratione, & Miscellanea, eadem etiam loca ad marginem prænotata habuerunt. Ex quo factum est, vt ipsam etiam nos Manuale confessariorum, non vt antea, cum citationibus textui inclusis, sed separatim ediderimus quod non parum probatum fuisse, accepimus, & proinde quod in tomo solum tertio in prior editione fuerat factitatum, id iam in hac tribus alijs tomis communicauimus. Quo in opere non solum te eo labore & tædio leuauimus, quod tibi legenti tam crebra afferte solebat: locorum enumeratio, sed sumptui etiam pepercimus, cum non pauca folia ex singulis tomis detracta sint, quæ si citationes, sicut antea erant, textui insertæ remansissent, infamenda in eorum impressione à nobis fuissent. Vnde euenit, vt cum minus chartæ prior editione hæc habeat, non tanti iam hæc tibi stet, quanti alioqui stetit, si plus in ea chartæ fuisset insumptum. Sed hoc fortè nihil, vel parui admodum facies. At quod plaris faciendum tibi iudicamus, est tot errorum, quot subreperant, emendatio, qui sanè multiplices extiterunt. Quantum enim assequi coniectura possum, errores quidam fuerunt, in quos Auctor sponte incurrit, alij quos alios errantes ipse sequutus, non raro commisit: alij denique typographi incuria euenerunt. Fuit sanè D. NAVARRVS memoriæ felicissimæ: nullus est tamen, quæ ea aliquando non fallat, cum præsertim aliquid scribit, quod perspectum sibi satis esse putans, sic necne sit ita, parum laborandum sibi existinat. Vnde semper grauissimis etiam scriptoribus nonnumquam quædam *progræsa adaptata* obrepunt, quæ ab æquis lectoribus facile condonantur. Hinc est illud Horatianum. *Sæpe opere in longo fas est obrepere somnum*: & illud quandoque *bassus dormitat* Plomeras. Huiusmodi ergo errores sicubi sunt animaduersi, vbi præsertim scripturæ aliquid citatur.

# COMMENTARIUS IN CAP. INTER VERBA,

XI. Q. III.

IN QVO DE GLORIA, HONORE, LAVDE,  
ac bona fama, deque ingloria, vituperio, infamia, & detractioe, promisso  
nonnihil de silentio, & loquutione profunda, & resolute traditur, quan-  
doque cuiusque horum appetitio, auditio aut dictio sit virtutis,  
aut vitij actus, & qua bona, quaque mala,  
mortifera, vel venialia.

## PROOEMIUM.

**D**onatus latinitate illum commentarium in quoddam celeberrimum celeberrimi Gre-  
gorij elogium, iam pridem quibusdam de causis sermone Hispano compositum, in quo  
tractaueramus de laude, & vituperio, deque gloria, & ingloria, fama, & infamia, deque bene,  
malaeque verborum meritis: imprimis quam humilime inuoco Verbum illam sapientum à Pa-  
tre coeterno ante saecula genitum, & vnà cum eodem Patre ante eadem saecula producentem  
Spiritus sanctum vtrique coeuum, qui linguas etiam infantium efficit disertas, cuiusque vir-  
tute Verbum caro factum est, vt gloriosissima Virgine matre Maria, quae ante preces necdum  
obsecrata fauorem donat, & ad miseros maternas explicat vlnas, totam eorum sanctissimam  
Trinitatem, eandemque indiuiduam vnitatem exorate, ita explicemus verbis aptis, eisdemque  
sanctae Romanae Ecclesiae, cuius censuræ omnia submissimus, probatis, verborum fructum,  
eorundemque damnum, quo semper defæcata, fructuosa, eique placida loquamur, & au-  
diamus. Amen.

## ARGUMENTVM.

**P**remoneo te imprimis Christiane Lector, quod regens mihi prima functus cathedram in sacra Ca-  
nonum facultate in Academia inclita Comunitatis maximo cum fauore Christianissimi Regis Ioa-  
nis Lusitaniae huius nominis III. & totius regni Portugalliae, quorum obnixo rogatu Caesar ille gloriosissi-  
mus, & Isabella eius uxor incomparabilis Augusta, qua praesenti Regi erat suar, me illo sacramentica reli-  
gia eiusdem functionis cathedra missa, cum viderer verbis iniuriis cuiusdam appellationis extrajudicialis  
lesus, venit in mentem dubitatio, an deberem respondere aduersario plene retaliando, quantum caritas  
Christiana permittit, an omnino, silere quatenus vera religio suadet, an medium inter utrumque tenere:  
cuius rei causa nouem praedicta praefato commentario Hispano praenij, quorum omnium medullam gra-  
tia breuitate in summam in tria infra scripta redigo.

## PRIMUM PRAELVDIVM.

### SUMMARY.

1. Loquutione regulae ut loqui loquenti optione.
2. Maiora minus ex causa postpositi.



**Q**uo duo prima prae-  
dicta continebant exulta-  
tionem, & gratiam,  
aut in hoc commentario  
potius sermone Hispano  
quàm Latino loquuti  
sumus, eam vtriusque  
debeat uti sermone  
illo, quo aptius mente  
concepit, explicare potest,  
& constabat longe ap-  
tius potuisse me concepta mea de laetis Latinis excerpta  
& imbolire, Latine quam Hispanice proferte. Cum item edo-

hunc perus hunc commentarium novulum promissum, &  
quoddam minus, quàm quaedam alia prouisa, & maiora,  
cum maiori numerus proponi debeant, iuxta iura, cum  
suis glossis pro linguarum habitis, & Cardinalis S. Sixti,  
& S. Thomae, quae sunt, quae postquam honeste quidem  
donari, sed non exigi, & si et in ratio excusandi, quae multa  
sunt tamen ob circumstantias personarum, temporum, lo-  
corum, & alia frequenter postponi debent, & minores ha-  
beri iuxta iura, & S. Thomam, & si vult circumstantias  
quas non excusari nunc referre, tunc aderent, ob quae  
Hispana verba optantur Latine praedicta, & postponere  
maiora, minusque, solutionemque debitorum auctori  
donationi honesta.

## SECUNDVM PRAELVDIVM.

### SUMMARY.

1. Iuris verba lesa ac iniuria retardanda.
2. Silencium velle Latinarum.